Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).



Quelle:
Copyright:



"Dominica prima in adventu Domini inci-
pit: "Nunc enim propior est nostra salus
quam et Ro. 13°. Videmus adsensum."
In fine distinctionis 60, seu dominica
26. leguntur haec: "Finitus est liber iste
aõ Dñi M cccc xxx vij feria tertia post
Egidii confess. hora vesperarum. Tiboldus
Kewtl d' wasserburga artium Baccal.
plebanus in Isolfing comparavit hunc
librum". Quoniam vero argumenta istorum
sermonum desumpta sunt ex Epistolis do-
minicarum, ut etiam Evangeliis adaptari
possint, additur: "Tabulatio quomodo pra-
dicandum sit in hoc opere de Evangeliis,
idque tam in dominicis, quam in festis.
Post haec, ac si novum omnino inchoare-
tur opus, legitur inscriptio: "Incipiunt
adaptationes sermonum in hoc libro con-
tentorum primo competit sabbatis domi-
nicis et feriis nec non et festivitatibus
sanctorum totius anni." Nimirum se-
quens opusculum tractat de variis ma-
teriis moralibus ordine alphabetico,
ita ut sacer praeco de quacunque mate-
ria dicturus ad scopum servientia in
unum collecta hic reperiat. Unde non
inepte Promptuarium, seu Lexicon pra-
dicabile dixeris. Incipit: "De Abstinentia.
Duplex est abstinentia, prima detestabilis,
2da laudabilis". Agmen claudit articu-
lus de verecundia, quam vero breviter
manus aliena adjecit. Idem opusculum
occurrit Codice CXLIV, ubi vide.

Fr. Martini Fridlici de Kladrub, Adaptationes Sermonum, vide Cod. CXLIV.

A. 5. 4.